



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Chrsitus vulneratus. Norma prudentiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

per mortem summi Sacerdotis corda inimicorum
 pccarentur: at quia nulla adest spes, Aduersarios no-
 stros vnquam fore placandos, ideo nostra mora in Chri-
 sti vulneribus debet esse perpetua, quousque tempus
 adueniat ex hoc loco refugii migrandi ad refrigerium
 eternum.

CONSIDERATIO XIX.

CHRISTVS VULNE-
RATVS.*Norma Prudentia.*

Inter alios effectus Prudentiæ obseruat & notat
 quoque D. Augustinus vnum alium Prudentiæ ser-
 pentis non postremo loco ponendum: serpens namq;
 noua veste & pelle se vestiat, veterem detrahit, trans-
 missio per actū foramen corpore: Ad eundem modum,
 docet D. Augustinus: *ut pellem vitiorum deponamus.*
 ritous veid veste induamus, per foramen angustum
 Stigmatum Christi transeamus. Quod fit consideratio-
 ne, contemplando infinitum Amorem, quem Dominus
 in illis vulneribus demonstrat. Est enim in Amore
 vis transformandi & conuertendi aliud in suam natu-
 ram. Ubi itaque anima considerauerit vulnera tam
 amabilia & amore infinito & Diuino repleta, induet se
 veste opicali amoris, & peccati vestem abiiciet,
 Non prius veterem pellem exiit serpens, quam
 noua fuererit, ab hac pellitur illa, pellis pellem pellit;
 sic amor amandat amorem: excita in te prius amorem
 Diuinum, hic à tuo pectore fugabit omnem amorem
 proprium & mundanum.
 Neque absque dolore potest se spoliare suo vellere
 serpens: deponit tamen, sciens quia pelle deposita pulchri-
 or apparebit. Nec est absque dolore amor: solatur ta-
 men constructus amoris, & quia anima ante oculos Dei
 pulchrior apparebit; *Per foramen Stigmatum Christi*
transeamus, & tunc pulchriores apparebimus.

ff 5

CON.

Serm. 4. ad
 Frat. de.
 Prud.